Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Incipit quidam Tractatulus
cum suis capitibus quorum primum est
De humili imitatione christi et con-
temptu omnium vanitatum mundi Cap primum
De humili sapere sui ipsius Cap 2m
De doctrina veritatis cap 3m
De prudentia in agendis cap 4m
De lectione sacre scripture cap 5m
De inordinatis affectionibus cap 6m
De vana spe et elatione fugienda cap 7m
De cauenda nimia familiaritate cap 8um
De obedientia et subiectione cap 9m
De cauenda superfluitate verborum cap 10m
De pace habenda et zelo proficiendi cap 11m
De utilitate aduersitatis cap 12m
De temptationibus resistendis cap 13m
De temerario iudicio vitando cap 14m
De operibus ex caritate factis cap 15m
De sufficientia defectuum aliorum cap 16m
De monastica vita Cap 17m
De exemplis patrum cap 18um
De exercitiis boni religiosi cap 19m
De amore solitudinis et silentii cap 20m
De compunctione cordis cap 21m
De considratione humane miserie cap 22m
De meditatione mortis cap 23m
De iudicio et penis peccatorum cap 24m
De feruenti emendatione totius
vite nostre Capitulum vicesimum quintum
De imitatione christi et contemptu
omnium vanitatum mundi cap primum

Qui sequit me non ambulat in tenebris dicit
dominus / hec verba sunt christi quibus admonemur quales
vita eius et mores imitemur / si
uelimus veraciter illuminari et ab
omni cecitate cordis liberari / Summum
igitur nostrum studium sit in vita ihu
meditatio doctrina christi os doctorum
omnium sanctorum excellit et precellit / Et
qui spm habet absconditum ibi ma-
na inueniet / Sed contingit ex fre-
quenti auditu euangelii / puium de
sideriis sentiunt ex spm christi non
habent cum aut habent plene et
sapide christi verba intelligere oportet
vt totum vita sua illi studeat
conformare quid prodest tibi alta
de trinitate disputare si carcas
humilitate vnde displicetis trinitati
vere alta verba non faciunt sanum
et iustum sed virtuosa vita efficit
deo carum / Opto magis sentire
compunctionem quam scire eius diffinitionem
Si scires totam biblia exercitum
et omnium philosophorum quid totum
prodesset sine caritate et gratia
Vanitas vanitatum et omnia va-
nitas / preter amare dm et illi
soli seruire ista est summa sapiencia
per contemptum mundi tendere ad regna
celestia / Vanitas igitur est
diuicias perituras quere et in illis
sperare / Vanitas ex honores
ambire / et in altum se extollere
Vanitas est carnis desideria sequi
et illud desiderare vnde postmodum
oportet quam diu puniri / Vanitas est
longa vita optare / et de bona
vita parum curare Vanitas est
preter vitam solum attendere / et
futura sut non prouidere Vanitas
est diligere quod tu cito celeritate
transit / et illic non festinare
vbi sempiternum gaudium manet
Quemadmodum illis frequenter puerbium
quia non saciatur oculus visu nec
auris implet auditu / Studeamus